

dixisti super omnes deos. Sunt enim di. Sequitur & dicit. Quomodo  
 di gentium daemona. 7 Intendat caritas uestra. 7 magnum aliquid  
 dicebat paulo ante magnus dñs. & tamquam deficiens in laude ipsius.  
 & laudabilis nimis. 7 Nonne hoc dixeram quia dimisit tibi cogitare.  
 quod non poterat ipse uerbis explicare. Explicans autem ipse uer-  
 bis quod magnum mihi dixit de dño ihu xpo. an quia super omnia  
 daemona est. Cum enim dixisset & terribilis super omnes deos. sub iuxta.  
 quomodo di gentium daemona. 7 Non est magnum esse super daemona. 7  
 Et tu si uolueris eris. sed si illum credideris. 7 Ita ne ipsa est illa magnitu-  
 do laudis. magnus dñs & laudabilis nimis. Uolens enim explicare ut po-  
 terat humana lingua. Et quamuis magnus sit tactor organi sps scs. Tamen  
 per angustias sps humani syllabas sonat. sed cogitationes generat. Expli-  
 care ergo per hanc linguam uolens quia. magnus dñs & laudabilis nimis.  
 Dic die. quantum laudabilis die. 7 terribilis est inquit super omnes deos.  
 quare dixisti super omnes deos. Quia omnes di gentium daemona. 7 Et  
 ipsa est tota laus illius. quia laudabilis est nimis. quia superat omnes deos  
 gentium. qui sunt daemona. 7 Expecta & audi quid sequitur. 7 Dñs autem  
 caelos fecit. 7 Iam ergo non super daemona solum. sed super omnes caelos.  
 quos fecit. 7 Si dicit & super omnes deos. quomodo di gentium daemona. Et  
 ibi tantum modo remanet & laudatio dñi. minus dixerat. quam nos solemus  
 de xpo cogitare. Cum autem dixit. dñs autem caelos fecit. Uidete quid inter-  
 sit inter caelos & daemona. Et uidete quid intersit inter ipsos caelos & illum  
 qui fecit caelos. 7 Ecce quantum excelsus dñs. 7 Non dixit. dñs autem sup caelos  
 sed &. 7 fortasse enim alius illos fecisse putaretur. super quod sederet. sed dixit.  
 dñs autem caelos fecit. 7 Si caelos fecit. etiam angelos fecit. 7 Ipse fecit angelos.  
 Ipse fecit apostolos. 7 Apostolis cedebant daemona. sed ipsi apostoli caele-  
 rant. qui dñm portabant. 7 Et quem dñm portabant. 7 A quo facti erant. 7 Audi  
 quia caeli sunt. 7 Caeli enarrant gloriam dñi. 7 Ipsi caelis dicitur adnuntiare  
 ingentibus gloriam eius. In omnibus populis mirabilia eius. Quomodo magnus dñs